



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

§. VIII. De potestate, & causa ferendi suspensiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

præscriptum clem. I. §. si quis de stat. refert, & sequitur Pirhing. *in jus canon.*
monac.

Prælatos, ad quos occasione exces-
sum suorum Religiosorum bona ali-
qua pervaenerint, non satisfacientes per-
sonis damnificatis, clem. I. §. quibus de
privil.

Postponentes confitentibus conscientiam facere de solvendis decimis, ab of-
ficio prædicationis, ipso facto, suspensi
sunt, clem. cupientes de pœn. quam si
violaverint excommunicationem incur-
runt ibi.

Non professos recipientes Ordines Sa-
cros, *Bulla Pii V. 75.*

Introducentes Mulieres intrâ Clausu-
ram Monasteriorum, *Bulla Pii V. 20.*

Ejectos à Religione, *Urban. VIII. Con-
stit. 16. §. 10.*

Superiores, non exigentes à Sacristis,
& Ecclesiarum Regularium ministris sin-
gulis annis rationem, de adimplemento
onerum missarum, *Bulla Innoc. XII. an-
no 1697. emanata, data, in appendic. tom.
I. pag. 346.*

Et has suspensiones enumerasse suffi-
ciat, cæteris prætermisso, quæ vel singu-
larum Religionum causæ servient, vel
sunt comminatořæ, vel cum interdicto
confunduntur. Eas autem, quæ ab ho-
mîne promanant, quis, & ob quam cau-
sam ferre possit, quia sint effectus suspen-
sionis, nunc breviter erit videndum.

*De potestate, & causa ferendi Censu-
ram suspensionis. §. VIII.*

94 Omnis, & solus ille, qui potest excom-
municare, potest etiam suspendere, Na-
varr. manual. cons. cap. 27. n. 155. ratio est,
quia, & eadem est potestas jurisdictionis
ad ferendas censuras, cum omnes ad eun-
dem finem ordinentur, scilicet ad coer-
cendam contumaciam, & inobedientiam
subditorum rebellium.

95 Hæc censura scripto ferenda est regula-
riter, sicut excommunicatio, c. I. de sent.
excom. in 6. debet præcedere suspensionem
monitio, quando ab homine ferenda est
ob contumaciam: quamvis non requira-
tur, quando infligitur in pœnam ut distin-
guit Navar. loco nuper cit. cum aliis, quos

refert, & sequitur Pirhing. *in jus canon.*
lib. 5. tit. 39. n. 205.

Soli autem Clerici, præter Papam: 96
possunt Censura suspensionis ligari,
quia est quædam privatio Ecclesiasticæ
potestatis, cuius soli Clerici sunt capa-
ces. Probabile tamen est etiam Abba-
tissas, posse suspensionem incurrire.
quia sunt personæ Ecclesiasticæ capaces
spiritualis officii, & jurisdictionis spiri-
tualis, saltem ex commissione, Pirhing.
loco citat. num. 206. Episcopi verò ex pri-
vilegio, c. quia periculosem 4. de sent. ex-
com. in 6. non incurruant suspensionis, 97
nec interdicti generalem sententiam à
jure latam, nisi eorum fiat expressa
mentio.

Porrò non tantum singulares perso-
næ, sed tota communitas, seu Colle- 98
gium Clericorum, suspensione ligari
potest; idque vel collectivè, ut v. gr.
totum corpus Capituli suspendatur, vel
distributivè singuli è corpore, dummo-
do noxii sint suspendantur, c. I. ne sed.
vac. &c. quia sàpè 40. de elect. in 6. Pirh.
ubi suprà num. 207. Guazzin. jun. ad de-
fen. anim. lib. 2. def. 6. cap. 43. numer. 14. 99
Verum est tamen, quod hæc censura ut
suprà notavi, non incurritur, nisi ob
propriam culpam, eamque mortalem,
prout communiter imponi solet, etiam
ab homine (nisi suspendatur totum cor-
pus. collegii: nam tunc potest incurri
etiam sine culpa, sed non sine causa,
& hoc tunc fit ob bonum publicum, &
commune, ut est bellum, quod fit
contra Urbem rebellem, in qua nocen-
tes cum innocentibus occiduntur) cum
pœna debeat esse commensurata deli-
cto, seu culpæ: Et suspensiones ab of-
ficio, beneficio, ordine &c. sint graves
pœnæ; ideò requirunt culpam gravem,
seu mortalem. Quod si levis fit suspen-
sio, v. g. ab uno actu electionis, à Mis-
sa celebranda una die, vel ad breve
tempus, potest etiam alicui imponi,
etiam propter levem, seu veniale cul-
pam, Pirhing. & Guazzin. locis citatis,
Sayr. de censur. lib. 4. cap. 1. n. 20.

De

De effectibus suspensionis. §. IX.

101 Effectus principalis suspensionis est, quod si suspensus aliquem actum, à quo est suspensus exerceat, graviter peccat, si materia gravi sit, ac propterea si durante suspensione actus ordinis exerceat, ipso facto contrahit irregularitatem, ut habetur in c. 1. de sent. & re jud. & c. 1. de sent. excom. in 6. actus tamen ordinis exerciti validi sunt (excepta absolutione sacramentali, quæ jurisdictionem requirit) quia horum actuum valorem Ecclesia impedit non potest, si debito modo agantur: at verò actus, qui jurisdictionem requirunt, si suspensus sit occultus, & communiter toleretur in publico officio, validi sunt, licet peccet si ex se, & sponte faciat, Pirhing. loc. citat. num. 210.

Suspensus, nominatim denunciatus est vitandus in eo, à quo est suspensus, & in actibus deputatis suis ordinibus, peccatur mortaliter, ut dicit Navar. d. cap. 27. n. 163. vers. non infertur, Sayr. de censur. lib. 4. cap. 11. n. 5.

102 Secundus effectus est, quod suspensus ab ordine, vel beneficio, scienter, violans suspensionem, præsertim celebrando, in perpetuum ab officio, & beneficio depонendus est, argumento, text. in c. Clerici, Eccl. latores de cler. excom. imò quod sit excommunicandus tanquam omnium suspensionum gravissima, propter actus celebrandi dignitatem, ex pluribus probat Sayr. de censur. d. lib. 4. d. cap. 11. 12. 13. & 14.

103 Tertius effectus est, quod suspensus ab officio, ordine, vel jurisdictione in uno loco, ubique est suspensus, ita ut nullibi possit exercere actus illius potestatis, à qua est suspensus, donec absolvatur, quia censura afficit immediate personam, ideoque eam comitatur, etiam extra territorium ferentis, nisi aliunde de contrario constet, Barb. in c. cum & plantare n. 16. de privil. Pirhing. ubi supra n. 214.

104 Quartus effectus est, quod suspensus à minori ordine non potest ad maiores ascendere, nisi absolvatur, quia videretur promotus per saltum, Nicol.

in flosc. verb. suspensiō, nu. 4. nam cuī non licet quod minus, nec licere debet, quod majus..

Quintus effectus est, quod suspensus 105 ab officio, & beneficio non potest elige-re, & est incapax beneficii Ecclesiasti-ci, & provisio ei facta nulla est, c. cum dilectus 8. ibique glos. de consuetud. cum aliis apud Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 8. nu. 14. & sup. d. cap. cum dilectus num. 12.

Alii plures sunt effectus minus princi-pales hujus Censuræ, quos videre poteris apud Navar. d. capit. 27. à num. 159. cum plurib. seqq. Graff. decis. aur. part. 1. lib. 4. cap. 25. per tot. Bonacini. de susp. disput. 3. punct. 2. pariter per tot. Sayr. de cens. lib. 4. cap. 5. & cap. 6. per tot.

De absolutione suspensionis. §. X.

Nulla reperitur forma præscripta in ab-solutione hujus censuræ, sed ferri, & tol-li potest quibuslibet verbis id significanti-bus: imò solo verbo, v.gr. removeo, vel revoco suspensionem: quando tamen agi-tur de suspensione certa: viri periti utun-tur hac forma.

Absolvo te à vinculo suspensionis, quod incuristi ob talem causam, & restituo te pri-mæ executioni tuorum ordinum, vel officio-rum: & si est dubia dicunt: si teneris aliquo vinculo suspensionis, a quo te possum absolu-re, absolvo te & juxta tradita à Navar. d. cap. 27. n. 161. vers. sexto dico, & Sayr. de censur. lib. 4. c. 17. n. 33.

Suspensio ad certum tempus, v. gr. ad 107 triennium, vel sub conditione, v. gr. donec satisfecerit, elapsò eo tempore, vel impleta conditione, cessat sine alia absolutione, sive sit imposita à jure, sive ab homine, Navar. loco citato, Pirhing. ubi sup. num. 208. vers. à suspen-sione.

A suspensione lata ob contumaciam, 108 & non in penam delicti, absolute sine termino, & sine reservatione, sive ju-re communi, sive particulari, confir-mata, vel non confirmata per Papam, potest absolvere Episcopus, & ejus Vi-carius, aliivè jurisdictionem, quasi Epis-copalem habentes: non autem Paro-chi,